



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 28. Concilium Salisburgense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

& Archiepiscopus habita cum Clero deli- Sæcul. XIV.  
beratione ad Regem admissus ajebat, il- A. C. 1386.  
lum communi consensu, & magna volun-  
tate concessisse summam decimæ, regio  
ex arbitrio insumendam. Rex id do-  
num tam lætus accipiebat, ut palam di-  
ceret: Malo id munus voluntarium, quam  
quater tantum extortum.

### §. XXVIII.

#### *Concilium Salisburgense.*

**M**ense Januario sequentis anni 1386 Pil-  
grinus Salisburgensis Archiepisco- to. II. cone.  
p. 2062.  
pus celebravit concilium, cui aderant Jo-  
annes Gurci, Fridericus Chiemii, & Jo-  
annes Seccovii Antistites, cæterorumque  
provinciæ Episcoporum, & quorundam  
aliorum Præfulum Procuratores. Septen-  
decim ibi canones condebantur, in qui-  
bus noto sequentia: Clerici omnes in per-  
agendo Divino officio se conforment ad  
morem cathedralis Ecclesiæ. Cavendum  
omnibus, ne absolvant a noxis reservatis,  
alioquin arcendi ab administrando mune-  
re. In casibus dubiis consulendus est  
Præpositus, an dari debeat absolutio. Cle-  
rici, præterquam dignitate, vel doctrinæ  
laurea prædicti non gerant assuta vestibus  
varia vellera. Fratres Mendicantes, qui  
Episcopis se non probaverint, neque au-  
diant confessiones, neque conciones ha-  
beant.

c. I.

2.

4.

6.

8.

Sæcul. XIV. beant. Iste canon videtur esse consecutio  
A. C. 1386. tio sanctionis 23 Nov. an. 1384 editæ.

*Sup. §. 19.* Et vero id Concilium parebat Papæ Ur-  
bano. Se refert sæpius ad conventum

*c. 10. II.* pariter Salisburgi an. 1291 factum. Ve-

*14.* hementer queritur de tributis Clero im-  
peratis, ac de inquis usurpationibus bo-

*16.* norum Ecclesiæ. Interdicit etiam laicis,

ne Clericos in jus vocent ad tribunal pro-  
fanum: ac prohibet ne Notarii publici,  
quos Episcopus, vel constitutus ab eo Judex  
in rebus sacris non agnoverit, munia sua  
exerceant.

### §. XXIX.

#### *Jagellonus Poloniae Rex.*

Hedwigis Ludovici Magni Hungariæ,  
ac Poloniae Regis Gallorum Regibus  
orti filia tertia suo patri successerat in regno

*Dlugof. l. 10.* Polonico, cui adjunxit Lithuaniae duca-

*p. 103. Cro-* tum per suum maritum Jagellonum supre-

*mer. l. 15.* mum ejus Dominum. Constituto consen-

*p. 242.* tientibus Polonis connubio Cracoviam 12

Febr. delatus Princeps, dum die S. Valen-

tini 14 ejusdem mensis sacro fonte asper-

gebatur, Ladislai nomen assumpsit. Eo

usque tota Lithuania natio inanes co-

luerat Deos; & Jagellonus ipse, ut erro-

res, ritusque sacrilegos abjiceret, indu-

cere animum non potuerat, etsi per Prin-

cipes vicinos suos sæpe stimulatus. At

hujus